

ποσιανὰ ἡμίσημβα habet Barn., qui verba συμποσιανὰ ἡμίσημβα e cod. Vatic. a se addita esse ait. At hoc in codice p. 676. legitur, Ἀναργεόντος Τῆς συμποσιανὰ ἡμίσημβα: quem indicem Guietus in exemplari suo verbis auxerat his, ναὶ Ἀναργεόντεια, ναὶ τρίμετρα, ex eodem illo codice. At verba ista pertinent ad reliqua odaria, quae Constantinus Cephalas capite quinto decimo Anthologiae suae complexus est. Vid. Bruncquius in praefat. ad Analēctt. To. 1. p. 10. et in notis ad Anacreontis carmina p. 98. Argent. 2.

** Eἰς οὐδάρου τὸν αὐτὸν cod. Vatic.: quo in cod. hoc odarium est ὁδαριον tertium, et vicesimum, p. 682. Sed Bruncquius in Analēctt. To. 1. hoc, et reliqua, odaria suis carere titulis iussit: qui sane grammaticos habere auctores videntur.

3. Ἡ βαρβέτος Barn. Lam. Argent. 1. Deg. 1, 2:

7. ἥδον cod. Vatic.

11. ἔρωτες cod. Vatic.

ANNOTATIONES

Verba Συμποσιανὰ ἡμίσημβα, quae in cod. Vaticano addita sunt, ab Constantino Cephalo profecta esse videntur, qui declarare iis voluerit, quem ad usum apta essent haec carmina, et quo genere versuum composita essent. Nam μέλος significat proprie quidem modum, h. e. legem quandam, et ordinem, vocalium interuallorum, et differentiam, atque adeo continetur certa quadam, et apta, mensura, et iunctura, et mixtura, sonorum longorum, et breuium, altorum, et depressorum. Vid. Aristoxenus στοιχ. ἀρμον. lib. 1. Deinde hoc nomine appellatur *carmen* quodvis modis temperatum, quod canitur, cani potest: vid. Eurip. Alcest. 454. Aristoph. Rann. 1286. 1410.: ut βεκολικὰ μέλη Aelian. V. H. 10, 18.: λυρικὰ μέλη Plutarch. Lycurg. p. 141. C To. 1. Vechel.: σκολικὰ μέλη idem de music. p. 1140. F To. 2.: ita; ut poëtae, modulatores cantus, quiuis dicantur μελοποιοι, et μελέων ἀριστοι. vid. Sextus Empir. c. mathematt. 6, 16. p. 359. Fabric. et Eurip. Alcest. 454.: ut à Latinis melici poëtae: vid. Gellius 2, 22. coll. Cic. de opt. gen. oratt. c. 1.: sed maxime tamen *carmen lyricum*: poëma aptum lyrae [Apul. Florr. p. 347. Elmenh.]: quod ad fides canitur: ut Σιμωνίδες μέλος ap. Aristoph. Nubb. 1359. add. Plato Ion. p. 533. f. To. 1. Stephan. et Anthol. 1, 67. 14. p. 195. Lubin. Vid. Maius ad Lucian. Macrob. 26. p. 227. To. 3. Perizonius ad Aelian. V. H. 4, 26. Lennepius ad Phalar. epp. p. 99. f. Quapropter poëtae, qui carmina ad lyram composuerunt, quos Cicero Orat. 55. λυρικοὺς nominat, dicti sunt simpliciter μελοποιοι, ut Alcaeus, Alcman, Melanippides, Pindarus, Simonides. vid. Athen. 7, 17. p. 371. A, 10, 7. 8. p. 429. A F: schol. min. Homeri ad Il. γ', 250. coll. ad v. 242. et schol. Ven. ad Il. γ', 588.: Clemens Alex. Strom. 5. p. 602. D Colon.: Diod. Sic. 11. p. 10. et p. 22. To. 2. Rhodom. Sic ipse Anacreon vocatur ὁδαρ. 65, 2. ὁ Τῆιος μελωδος fragm. 1, 31. ὁ παιδίμος μελισής fragm. 2, 31. ὁ λυρωδός a Strabone 14. p. 638. Casaub. ὁ μελοποιός a Luciano d. l. ὁ τῶν μελῶν ποιητής, ut Sappho a Strab. 17. p. 808. η τῶν μελῶν ποιήτρια conf. ad od. 65, 2.: et carmina eius dicuntur τὰ μέλη etiam ab Aeliano V. H. 9, 4., ab Athenaco 14, 3. p. 617, E, et ab auctore Etymol. M. v.

405*